

Proponitur & exprimitur hisce scriptura testimoniis, Psal. 50: *Inuoca me in die tribulationis, &c. Matth. 7: Petite, &c. Luc. 18: Indefinenter orate. &c. Luth. Hub. Spang. Fisch. V Valth.*

1. Mā.
datum
Dei,
quod :

Applicatur,
ita ut eo resis-
tamus im-
pedimento
orationis
duplici :

1. Ab indignitate nostra, ob multitudinem peccatorum, cui non solum opponi potest distinctio hac, quod alij sint peccatores adiuui, hoc est. petulantes & impoenitentes, quales Deus non exaudit, Iob. 9: Alij vero passiuui, hoc est. pœnitentes, quos Deus vult exaudire, ut habet Wal. Gig: Verum etiam hoc Dei mandatum quo inuitamur ad orationem, debet & potest hanc tentationem de indignitate nostra superare & excutere. Nouit enim Deus nos miseros esse peccatores, & nihilominus vult à nobis innocari, ut eruditè demonstrat Luther. in Catech. M. 2. Ab eo, quod non simus reconciliati cum proximo. Id enim ut citius eò melius instituendum, ne impediatur oratio nostra contra expressum Dei mandatum & præceptum, V Valth.

Testimoniis scriptura vel certis promissionibus, Psal. 50: *Inuoca me, &c. & ego exaudiam. Psal. 145: Dominus prope est omnibus innocantibus eum, &c. Matth. 7: Petite et accipietis, etc. Hub, Spang. Salm, V Valth. Fisch.*

Proba-
tur et
quidē:

Exemplis eorum, quos Deus exaudiuit, videl. Abrahami, Gen. 18. Mosis Exo. 7. 8. 9. 14. Iosua, Elia. Hinc August: Cum oras, clamas non voce, sed mente. Nam et tacentes exaudit Deus, nec queritur locus, quantum sensus. Jeremias confortatur in carcere: Daniel inter Leones exultat: Tres pueri in fornace tripudiant: Iob nudus in sterquilinio triumphat: Paradisum de cruce latro inuenit, non est locus, ubi non sit Deus, etc.

2. Propensa
Dei volun-
tas, nos ex-
audiendi,
que etiam:

Applicatur, ita ut possimus ea resistere duplici impedimento orationis, 1. a magnitudine et multitudine miseriarum, etc. Deus enim indifferenter dedit nobis promissiones suas de exauditione, etc. 2. Ab eo, quod Deus sæpè diu differt exauditionem, etc. Eo enim non infringuntur promissiones diuina, etc. V Valth. Hinc August: Ne deficias in oratione. Deus quod concessurus est, et si differt, non aufert: Non leuitate vitur, qui promissu: non facile de sententia mouetur, quod promissit, est fixum: fallere non potest, habet unde faciat. Isidorus: Sæpè multos Deus non exaudit, ad voluntatem, ut exaudiat ad salutem.

3. } Vide
4. } liter.
5. } R.

Q. 4. Cause impulsue ad orationem
quarum precipue: